Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35040
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



Si uniformiter de filio loqueris per mutacionem
morum non est simile quod adducis quia qui
membrum est dyaboli ut paganus non potest christum
in moribus mutari quia ut mores dicuntur
mores christi requiritur quod sint in fide radicati
qui omne quod non est in fide peccatum est
ad romanos 14 sed qui membrum est christi dyabo-
li potest mores mutari quia non requiritur
ad mores dyaboli quod aliud fundamentum
dyabolo peccatore viuens sicut ad mores christi
requiritur fides christi iungens voluntas enim
deficiens sufficit ad mores dyaboli qui sine
fide et caritate non facit mores christi.

Opponens

Cur dicis in responsione si uniformiter de filio
loqueris per mutacionem inquit alio modo loquendum
est de filio

Respondens

Utique nam est filius secundum predestinacionem quia heres
est vite sempiterne de quo dixi in notabili
quinto in corrigendo suo quarto sic enim filius dicitur
qui verus erit heres vite eterne talis autem
est solus predestinatus hunc filium stat aliquando
esse membrum dyaboli totale et integrum sic quod nullo
modo sit ecclesie christi membrum ante eius conversionem
et sanctitatem.

Opponens

Quare dicis totale membrum et integrum dyaboli
nunquid ex eo quod idem parciale possit esse membrum
christi et dyaboli

Respondens

Sic plane nam totale et integrum christi membrum est
fidelis in caritate totale et integrum membrum dyaboli
est infidelis sed parciale membrum christi est fidelis in caritate
sed malus in vita qui propter maliciam eius est dyaboli

Opponens

Nunc tibi contradicis quoniam eundem auctoritas concedit
esse filium dei et filium dyaboli membrum christi et membrum

155

13